



**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 5. Expensus locus ex Asinaria Plauti, in quo Poëta ipse quiddam non  
satis ex arte fecisse videri potest.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Exponsus locus ex Asinaria Plautii, in quo Poëta ipse  
quiddam non satis ex arte fecisse videri potest.

## CAPUT V.

Cum animi causa Plauti Asinariam euoluerem,  
quiddam repperi, quod mihi scrupulum obie-  
cit: neque audenti accusare  $\alpha\tau\chi\nu\alpha\tau$  Plauti, neque ta-  
men ad eum defendendum, ac vindicandum ab illo  
crimine quidquam satis probabile reperienti. Nam in  
prima fabula senex cum seruulo colloquens, scire se  
ostendit, filio opus esse viginti minis. Ita enim lo-  
quitur:

*Nunc verba in pauca conferam, quid te velim.*

*Viginti iam usus filio argenti minis.*

*Fas id ut paratum iam sit.*

Multo autem post, Argyrippa lena super illis viginti  
minis cum adolescenti pacificatur: cumque adolescens  
dixisset,

*Mane, mane, audi. dic quid me æquum censes pro illa  
tibi dare*

*Annum hunc ne cum quicquam alio sit :*

subiicit impura mulier: *Tene? viginti minas.*  
Atque ea lege: si aliis ad me prius attulerit, tu vale.  
Ante igitur resciuerat senex, quantum argenti filio  
opus esset, quam id filius ipse ex lena cognoscere po-  
tuisse. Ac scio, visum esse nonnullis etiam Teren-  
tium in Adelphis similiter ipsum quoque peccasse.  
Sed Terentij quidem causam veteres critici facilè  
expudiant, cumque omnibus suffragis liberant.  
Plautinum hoc, vereor, ut æquè facilè defendi queat.

Micereti  
Lectiones  
LIII